



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Liber De Prudentia Ivstorvm

Juan <de Jesús Maria>

Coloniae Agrippinae, MDCXIV

Cap. XI. Monet parcum vitæ præsentis vsum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46940](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46940)

## CAP XI.

*Monet parcum vitæ præsentis  
vsum.*

**O**MNIS, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere, quibus à cursu possit retardari. Vos autem, qui pro æterna vita pugnatis multò studiosius, quam filij huius seculi, ab omni impedimento viæ vestræ debetis abstinere. An non consideratis, quia nouissima hora est, neque misericordiæ semper locus erit? An pepigistis foedus cum morte, quæ tanquam fur intempesta nocte venit? Quare sequimini ventum, telasque aranearum texistis? Quousque patiar eos, qui argentum, thesaurizant & aurum, in quæ confidunt homines? Omnia sub sole transeunt; & mortalis vitæ conditio, non mansio vestra, sed peregrinatio est. Reliquum ergo est, vt qui emunt tanquam non possidentes, qui gaudent tanquam non gaudentes sint, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Præterit enim figura inconstantissima huius mundi, qui longissimè abest à perman-  
tura



sara ciuitate mea. Propter quòd, ele-  
 cti mei, qui ius æternæ hæreditatis nec  
 amittere, nec diminuere volunt, ha-  
 bentes alimenta, & quibus tegantur,  
 tantò celerius currunt, quantò minùs  
 ponderis mundani portant. Quid igitur  
 vos solliciti estis in annos pluri-  
 mos, quasi certò superuictari, cum i-  
 gnoretis, quid superuictura pariat dies?  
 Grauitè errauit homo ille, cui dictum  
 est: Stulte, hac nocte repetunt animam  
 tuam à te, & quæ congregasti cuius e-  
 runt? Spernite, amici mei, quæ breui, ac  
 necessario pereunt, & diuitiæ si afflu-  
 ant, nolite cor apponere.

## CAP. XII.

*Negotiorum multitudinem des-  
 suadet.*

**P**ORRO vnum est necessarium, v-  
 num, inquam, illud, quòd est bo-  
 num. Feci e, o hominem rectum, vt bo-  
 num hoc infinitæ consolationis ple-  
 num, per vias rectas quæreret, ac re-  
 quireret, ille tamen, cum in honore  
 esset, non intellexit, sed mille laqueis,  
 & quæstionibus se implicuit, ac pere-